

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Christus ag  
cum fonte primo

Nomen Ihesu apud Hebreos a littera ioth, apud Grecos a iotha incipit quae utraque in sua gente denarii est nota numeri decem obulos in precium anime sue domino offerunt qui in Ihesum Christum credentes signum nominis eius quod a denario numero incipit in fronte et professione proferunt.

Beda de tabernaculo Salomonis libro II.

Nomen enim Iesu apud Hebraeos a littera ioth apud Graecos a iota incipit, quae utraque in sua gente denarii est nota numeri decemque obolos in pretium animae suae domino offerunt qui in Iesum Christum credentes signum nominis eius quod a denario numero incipit in fronte et professione proferunt.

Beda Venerabilis, *De tabernaculo*, 3 (CCSL 119A, D. Hurst ed., p.135, ll.1635-1640).